

litatem meā ille immundus  
 non cessat petere ita tuis cos-  
 gatur vīribz abscedere. p̄sta  
 vt sum paruus ⁊ oculis meis  
 corā te in ueniā gratiaz. **Ad**  
 auge mihi firmā fidē. spem.  
 incōcussam caritatē humili-  
 tatemqz p̄fectā patientiā in-  
 uertissimā. corpis ⁊ aīme ca-  
 stitatem p̄petuaz. **Da** mihi  
 cordis contritiōnē lachryma-  
 rum fontē **Da** simplicem in-  
 nocentiā puritatē cordis  
 p̄scientiā rectā ⁊ integritatē  
 mētis. **Da** vires ⁊ virtutes  
 vt victor mei in cunctis ex-  
 istam. dñetur in me ratio. et  
 rationi dominetur grā tua  
 vt nō vtiā bestialiter raptus  
 impetu carnis. sed sit cōuer-  
 satio mea modesta ⁊ rationa-  
 bilis. fac me puidū ⁊ in cun-  
 ctis discretum. tribue mihi  
 nulli occasione scādali p̄bet-  
 re simplicitatē ⁊ veritatē dili-  
 genter. ⁊ instanter ea q̄ sunt  
 pacis sequi. **Per dominum**

**Sabbato oratio sc̄i Au-**  
**gustini ad sanctā trinitatez.**

**P**ater oim bonoz deus  
 p̄r. cui nūqz sine spe mi-  
 sericordie supplicat̄ cuz filio  
 tuo et spūs sancto. **Da** quod  
 a te desiderat aīa mea. et qđ

a te postulat mēs mea quod  
 rum enim vna est substācia  
 vnū est et datū vna operatio  
 vnū donū. vnaqz p̄tās lōge  
 fac a me dñe oēm ypocrisim  
 omnē simulationē et fac me  
 seruire in veritate. **Cōcede** q̄  
 so mihi dona anime vt ala  
 cri corde obuiā tibi cōcurre-  
 re valeā. **Excita** corpus me-  
 um stimulis tuis. et fac me  
 strēnue p̄seuerare in p̄ceptis  
 et laudibz tuis die ac nocte.  
**Da** mihi sciam humilē que  
 edificat linguā eruditaz et lo-  
 quentē vt et bonos valeam  
 ad melioza exhortari et ma-  
 los ad rectitudinis lineaz re-  
 uocare. **Infunde** queso cor-  
 di meo sp̄m sapētie et intelle-  
 ctus. spiritū p̄siliij et fortitu-  
 dinis. sp̄m scētie et pietatis  
 et reple me scō timore ⁊ amo-  
 re tuo. **Da** irriguū superius  
 ⁊ irriguū inferius. **Da** mihi  
 benedictionē de roze celi ⁊ p̄i-  
 guedine terre abundantiam  
**Da** vt aīa mea ardeat igne  
 amoris tui. fac me mūdo pe-  
 nitus extinguī. **Cōcede** mi-  
 hi cor contritum ⁊ humiliā-  
 tum semper habere coram te  
**Fac** me per gratiā tuaz p̄ctā  
 mea dolere anteqz moriar.

**D**a mihi tota anima et totis  
visceribus meis exquirere fa-  
ciem tuam semper. Infunde di-  
lectionem tuam pectori meo. et  
scribe dulcem memoriam tuam  
in tabulis cordis mei. Illu-  
stra me celestis patrie luce et  
ymaginem tue prudentie non si-  
nas in me obfuscare. Concede  
de mihi fragilissimo sanctorum  
patrum imitari vestigia. Da  
mihi mansuetudinem. moderatam  
strenuam. tolerantiam. benignitatem  
paupertatem atque longanimitatem  
cordis contritionem et fontem la-  
crimarum tibi potius abstinentiam  
labiorum mundiciam. spiritus  
tuale gaudium. et mundi contemptum.  
**D**arime a te domine caritate  
efflagito. anime et corporis pu-  
dicitiam sicut illis fecisti. pro-  
pter te per filium tuum respice in me  
et miserere mei exaudi orationes  
meas et da mihi scientiam pro-  
pter multitudinem benignitatis  
tue que mecum iugiter  
perseuerans doceat me incede-  
re in misericordiam coram te. et volun-  
tatem tuam omnibus diebus vi-  
te mee implere. **H**anc rem peto  
que cum amicis pacificum et cum  
inimicis reddat tranquillum  
que mea verbo aspero mitis

get. et ab oculo sermone con-  
pescat. que me semper deum vel  
que dei sunt cogitare compellat.  
et oculos meos ab ista  
no seculo auertat que mihi  
horam mortis ante te conspe-  
ctum ingenerat et hic gaude-  
re prohibeat. que molem pec-  
catorum meorum considerare  
et plangere faciat. et non aliorum  
delicta vel festucam leuissimam  
pescutari. **P**ostremo omnia  
mundi pro nihilo habere. et  
sicut purissima misericordia tua dedisti  
voluntatem mihi veniendi ad  
te. sicut per illam mihi donare di-  
gneris. sapientiam et intellectum  
gratiam. benignitatem et magnam  
gratiam tuam sine qua nec loqui  
nec agere aliquid boni valeo  
**E**t quia ipse unigenitus tuus di-  
xit. Nemo venit ad me nisi  
pater qui misit me traxerit eum  
et nemo venit ad patrem nisi per  
me. **O**bscero itaque sancte pater  
et deus noster trahere me tu ad  
ipsum et ipse me producat ad te  
illuc ubi ipse in dextra sedes  
est eterne vite ubi est amor  
perfectus. timor nullus di-  
es eternus et unus omnipotens  
deus. **Q**ui vivit et regnat  
in secula seculorum amen.